



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

De Martyribus, qui se ipsos occiderunt. n. 497.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

cuas probationis subit, exspectat examen & iudicium legitimum juxta experientiam probationis: Ergo si Novitius ex parte sua subire hæc omnia, Religio tenetur ex justitia etiam facere quod suum est, utpote Novitium examinare, legitimè ac juste judicare, ei non denegando suffragium ad Professionem sine causa.

CONFERENCE. LXVI.

497. **L**egitur de quibusdam Martyribus, qui se ipsos directe occiderunt: Ut femina illa, quæ cum ad tyrannum essent perducendæ, se se in flumen præcipitarunt, ne pudicitiam amitterent: De quibus *Euseb., lib. 1. cap. 12.* Eodem modo S. Apollonia se ipsam in rogam iniecit: Samson *jud. 16.* se ipsum ruina domus contrivit: Eleazarus *1. Machab. 6.* occidendo Elephantem se ipsum mole ejus occidit. Non abs te ergo quæritur, an liceat aliquando se ipsum occidere.

Resp. Absque divina auctoritate nulli licitum est unquam se ipsum directe occidere, Ita *Comm. DD.* Ratio est, eaque fundamentalis, quia destruens rem domini sui absque facultate, facit domino injuriam, & peccat: Sed homo se ipsum directe occidens, destruit rem, id est vitam quæ est solius Dei, ipse autem solummodo custos: ergo destruendo suam vitam

498. directe absque facultate Dei, facit Deo injuriam & peccat. Unde

Ad exempla proposita in Conferentia dicendum